

Electio facta per homines comunis Brusii reverendi domini presbiteri Antonii Robustelli de Grosupto in curatum ecclesiarum sanctissime Trinitatis et sancte Agate 1538 die 5 octobri¹

In Nomine Domini amen. Anno a Nativitate ipsius millesimo quingentesimo trigessimo octavo inditione duodecima die sabati quinto mensis octubris. Cum hoc sit quod nuper vacuerint et ad presens vacent ecclesie parochialis et curate beate Trinitatis et sancte Agate de Bruxio diocesis cumensis rectoris et benefitialis per obitum domini presbiteri Iohannis de Ixepis de Bruxio olim preffatarum ecclesiarum ultimi et immediati benefitialis et rectoris curati preffatarum ecclesiarum beate Trinitatis et sancte Agate de Bruxio, cumque nominatio seu electio et presentatio benefitialis rectoris curati vel dictas ecclesias cum pro tempore vacant de iure et de antiquo ac laudato actenus et aprobata consuetudine spectaverit et pertinuerit ac spectat et pertineat consiliariis hominibus et personis singularibus vicinatie de Bruxio comunis Pusclavii cumque vacantur ecclesie soleat sepe ecclesiis et animabus eis suppositis in spiritualibus et temporalibus afficceri detrimento, idcircho convocatis et congregatis infrascriptis dechano consule et hominibus consiliariis dicte vicinantie de Bruxio patronis et advocatis dictarum ecclesiarum vel sonum campanarum ut moris est ibi prope dictam ecclesiam beate Trinitatis de Bruxio in qua convocatione et congregatione affuerunt Ixepus filius condam Gulielmi de Ixepis consul vicinantie et hominum de Bruxio, Iohannes filius condam Betini de Bruxio, Bernardinus Ixepi de Galitia, Iacobinus filius condam Iohannis de Gaspero de Bruxio, Iacobinus filius condam Betinelli de Bruxio, Zaninus filius condam Iacobi de Fancheto, Dorichus filius condam Pedroti de Pesio, Augustinus filius condam Ade de Meda, Ixepus filius condam Zanis Ixepi de Gulielmo, Domenichus filius condam Iohannis Menici de Zaneto, Iacobus filius condam Menici de Comino, Mafeus Iacobini de Bonomo, Menichus filius condam alterius Menici Boni de Togniolo et Petrus filius condam Iacobi de Ixepo omnes consilarii dicte vicinantie et cum eis affuerunt hii infrascripti videlicet primo Fanchinus filius condam Iacobi de Fancheto, Menichus filius condam Zanis de Nusio, Ixepus filius condam Gulielmi de Ixepo, Menichus eius frater, Tognialus filius condam Menici de Zaneto, Togniollus filius condam Laurentii de Zaneto, Menichus Doffi Fancheti de Doffo, Iohannes Menici de Comino, Antonius Petri de la Zala, Iacobinus Betini de Nusio, Bernardus Petri Boni de Adamo, Iulianus Martini de Bustachio, Gulielmus Iohannis Ixepi de Gulielmo, Bonatus Iohannis Cini de Galitia, Bonatus Menici Boni de Togniolo, Iacobinus filius condam Iohannis Martini de Comino, Bonatus Petri Menici de Comino, Antonius Menici de Comino, Iohannes Petri de la Zala, Bernardus Tonii de Pesio, Menichus filius condam Ixepi Menici de Nusio, Mariolus filius condam Zanis de Cavaliono, Stephanus Menici de Romano, Iohannes Augustini de Tura, Menichus filius condam Iohannis Boni de Gulielmo, Romerius filius condam Andree de Dentio, Bartolameus filius condam Menici de Zaneto, Iohannes Ixepi Menici de Nusio, Iohannes filius Augustini de Meda, Bernardus filius condam Zanis de Cavaliono, Bustachius Martini de Bustachio, Iohannes Tognioli Iohannis de Romano, Tonius eius frater, Guarnerius filius condam Tonii de Guarnerio, Laurentius Iohannis Laurentii de Zaneto, Menichus condam Thome Bernardi de Pesio, Adam Augustini de Meda, Iacobus Tome Gulielmi de Ixepo, Laurentius filius condam Stephani Laurentii de Romano, Domenicus filius condam Zanoti Fancheti de Bustachio, Bernardinus filius Augustini de Meda, Iohannes Domenici Tognii de Lada, Iacobinus Michaelis de Alberto, Tomas Ixepi Gulielmi de Ixepo, Togniollus filius condam Viviani de Lada, Michael condam Iacobi de Botono, Iacobus Io. Antonii dicti Monegati, Petrus Domenici Togni de Lada, Bonatus filius condam Iohannis de Gaspero, Petrus eius frater, Bonatus Petri Bernardi de Tonio, Iohannes Tonii Boni Petri de Ixepo, Guarnerius condam Bertrami Petri de Ixepo, Iohannes filius condam Coradini olim Moti de Semadeno, Pedrotus filius condam Iacobi Petri de Ixepo, Matheus filius condam Petri dicti Monegati, Petrus Ixepi Menici de Nusio, Bernardus filius condam Iacobi Petri de la Zala, Ixepus Zanolii Menici de Nusio, Iohannes Petri Boni de Adamo, Tonius Zanis Petri de Ixepo, Iohannes filius condam Thomee Iohannis de Romano, Bernardus Antonii dicti Monegati, Bartholameus filius condam Tognioli de Betinello, Ixepus

¹ Titolo dell'atto sul dorso della pergamena

filii condam Io. Antonii Morelini, Lucinus Zanoti Cini de Galitia, Bartholameus filius condam Menici Doffi de Ixepo, Thomas de Betinello, Nusius filius condam Tonii de Nusio, Iacobus Augustini de Tura, Zanes filius condam Menici de Romano, omnes vicini de Bruxio ac patroni et advocati predictarum ecclesiarum beate Trinitatis et sancte Agate de Bruxio predicto providerunt volentes indemnitati ipsarum ecclesiarum et animarum ibi supositarum ne propter diurnam vacationem benefitialis et rectoris detrementa in spiritualibus et temporalibus fessantur, et atendentes sufficientis probitate et integritate domini presbiteri Antonii filii condam ser Andree de Robustellis de Grosoto Vallistelline, sperantesque quod si ipse dominus presbiter Antonius in benefिताlem et rectorem curatum ecclesie predictae beate Trinitatis presahatur eidem ecclesie et animabus cure illius supositis utilis esse poterit et fructuosus ecclesie que predictae plurimo susipiet intremento suis itaque nominibus et vice omnium aliorum vicinorum et hominum dicte vicinantie de Bruxio similiter patronorum et advocatorum predictarum ecclesiarum hiis adherentium et adherere volentium in nomine domini nostri Ihesu Christi et beate Trinitatis sub cuius vocabulo dicta ecclesia fondata est et constructa predictum dominum presbiterum Antonium eorum pro se et nominibus utsupra voto direxerunt atque dirigunt eumque dominum presbiterum Antonium in benefिताlem et rectorem curatum predictae ecclesie beate Trinitatis et benefिताlem perpetuum predictae ecclesie sancte Agate que vacant utsupra, nominaverunt seu nominant seu eligunt ipsamque nominationem seu electionem publicaverunt et publicant in comuni et in super ipsi consul et consiliarii ac vicini et homines superius nominati suis nominibus propriis ac nominibus et vice utsupra fecerunt constituerunt deputaverunt et ordinauerunt ac fatiunt constituunt deputant et ordinant suos pro se et nominibus utsupra certos missos nuntios syndicos et procuratores et quidquid melius dici et esse posunt videlicet Bernardinum filium condam Ixepi de Galitia, Iacobinum filium condam Iohannis de Gaspero, Ixepum filium condam Zanis Ixepi de Gulielmo et Iacobum filium condam Menici de Comino omnes de Bruxio ibi presentes et hoc mandatum in se susipientes et quemlibet eorum in solidum ita quod occupant. non sit potior conditio et si unus eorum inceperit alter seu alius mediare valeat et finire et ad effectum prodiver. spetialiter ad procuratorio nomine utsupra presentandum et intimandum suprascriptam nominationem seu electionem et eius decretum suprascripto domino presbitero Antonio utsupra nominato seu electo et ab ipso petendum et requirendum quatinus dictam nominationem seu electionem in eum ut premititur factam acceptare illique consentire et asentire velit et dignetur ac suum in premissis consensum pariter et consensum prestare et ipso habito consensu successive ad presentandum dictam nominationem seu electionem et eius decretum et consensum ipsius domini presbiteri Antonii nec non eiusdem domini presbiteri Antonii personam reverendissimo domino domino episcopo cumano seu eius reverendo domino in spiritualibus vicario aut alio quocumque potenti et facultatem habenti et ab eiusdem seu altero eorum petendum instandum et requirendum quatinus dictam nominationem seu electionem et eius decretum ac omnia et singula in ea contenta et exinde sequita tamque bene soluta et legitime et de persona idonea et suficiente factam et celebratam et facta et celebrata laudare confirmare et aprobare ipsumque dominum presbiterum Antonium in perpetuum benefिताlem et rectorem curatum dicte ecclesie beate Trinitatis et in perpetuum benefिताlem predictae ecclesie sancte Agate de Bruxio canonice instituire et preficere ac curam et regimen et administrationem dicte ecclesie et animarum illi supositarum eidem domino presbitero Antonio comittere dignetur et velit et alia facere et adimplere et executionem mandare in premissi et earum ocaxione necessaria et expedientia. Et in quantum sit expediens ad consentiendum qui per prelibatum dominum dominum episcopum seu eius vicarium seu quemcumque alium auctoritatem et facultatem habentem ecclesiis predictis cum iuribus et pertinentiis suis eidem domino presbitero Antonio conferantur et illis cum dictis iuribus et pertinentiis eidem pemitatur et curam animarum predictarum si comittitur cum reservatione tamen et sine preiudicio dictorum patronorum dictarum ecclesiarum iuris patronatus nominandi seu eligendi et presentandi rectorem curatum et benefिताlem ad dictas ecclesias cum pro tempore contingerit per cessum vel decessum seu etiam ad consentiendum cuiuscumque vicariationis perpetuo de predictis ecclesiis in personam dicti domini presbiteri Antonii cum reservatione tamen et sine sine preiudicio dicti sui iuris patronatus. Item ad omnes ipsos et constituentium pro se et

nominibus utsupra causas lites questiones discordias et controversias quas ipsi constituent

.....
Actum Bruxii in strata publica prope pefatam ecclexiam beate Trinitatis. Interfuerunt ibi testes ad hec vocati et rogati videlicet Iacobus filius condam Thome de Fanchono, Tonus filius condam Giorgii de Papsa, Giorgius filius Zanis Menici de Raxena et Domenichus filius condam Petri Calabrexii et pro notariis Antonius filius mei notarii infrascripti et Iohannes filius Iacobini olim Iohannis de Gaspero omnes de Pusclavio noti et fide digni.

(ST) Ego Iohannes publicus imperialii auctoritate notarius comunis Pusclavii filius quondam domini Antonii de Caspano hoc instrumentum electionis et syndicationis et predictorum omnium et singulorum rogatus tradidi \$et per filium\$ scribi feci et in fidem omnium premissorum hic me cum signo meo consueto subscripsi.

(APB)